**8212** in operculo arcae. Puteolis apud Criscium.

D · M ·
M · IVLIO MARINO
VETERANO AVG · N̄ QVI
VIXIT · ANNIS · LXX · III ·
M · III · DIEBVS · VII ·
LIBERTI · PATRONO ·
· B · M · F ·

Recognovit Mau missam a Criscio a. 1880.

**8213** Puteolis apud Criscium.

D · M · S
IV · LI · O · MA · RI · N
O · VETE · RA · NO · AVG · N̄
QVI BIX · AN · LX · M · VII ·
DI · E ∘ VIII · IV · LI · A · FE · LICITAS
CO · IV · GI · BE · N · MER FECIT

Recognovit Mau missam a Criscio a. 1880.
6 de litteris RFEC Mau dubitabat.

## XLIV. CVMAE (p. 350).

ad p. 351. Quae de Cumanorum rebus exposui, confirmantur eo, quod apud Festum (v. municipium p. 127) numerantur inter populos de quibus dixi in capite de Formiis (v. p. 602 not.).

ad n. 3698. Refert item Ios. Thomassinus in commentario in marmor Corfiniense [vol. IX n. 3160] Neapoli a. 1785 p. 158 repetitam omnino ex citata ephemeride.

ad n. 3702. Edidit idem Beloch *Campanien* (Berolini 1879) p. 155, legens 4 VALEN pro VAL.

ad n. 3711. Apud Temple olim, iam in museo Britannico, ubi Huebner excepit sic \VIC · F · CVMAN\.

**8214** lamina plumbea lata m. 0.88, alta m. 0.53; rep. Cumis in necropoli, est apud Em. Stevens.



Delineavit Mau ita ut cernitur iuxta repraesentata. De Petra descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 147.

*Barcathes Dasi M. l., M. Dassius, M. Allius(?) Cerdo salvi nisei ista(m?) re(m?) qua(m) ages* (= agens?) *qum q. cava(?) literas perlegerit C. Vitrasi.* Lectio certa est excepto 4 extr., interpretatio incerta. Hoc tamen videtur in dubium vocari non posse, quamquam praeterea ni fallor sine exemplo est, libertini nomen in hac tabella ita formari, ut solent nomina servorum.

## XLVI. VOLTVRNVM (p. 357).

**8215** rep. ad Castellum Volturni in fundamentis curiae, est in museo Campano.

*in latere:*

C · IVLIO · C · F
FAL · MAGNO
NAVARC · PRINC
CLAS · P̄R̄ · MISEN
ADLEC · IN · ORD · DECVR
ET · INTER · Ī Ī · VIRALE
DECRET · DECVR · P · P
MVNIC · REVER
CVIVS · DED
DECVRION
HS XX

urceus

*in latere:*

DEDIC ∘ PR ∘ IDVS ∘ AV|*g*
SATVRNINO ∘ ET ∘| *gallo cos* p. C. 198
CVRANT ∘ Q · SERVILI|*o* . . .
TI ∘ CL · PHILE|*to iiuiris*

patera

Descripsit Dressel a. 1880. Ed. Ioh. Papararo apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 392 et Iannelli in actis Casertanis 1880 p. 48. In latere 1 fin. ‘AV*g* potius quam AP*r*’ Dressel. — *C. Iulio C. f. Fal. Magno navarc(o) princ(ipi) clas(sis) pr(aetoriae) Misen(ensis)* [vide supra ad n. 3340. 3348], *adlec(to) in ord(inem) decur(ionum) et inter (duo)virale*[*s*] *decret(o) decur(ionum) p(ostulatione) p(opuli), munic(ipes) revere*[*ntes*]. *Cuius dedi*[*catione*] *decurion*[*ibus*] *(sestertios) XX* [*nummos dedit*].

**8216** basis Castelvolturni rep., est in museo Campano.

D · M ·
L · ANNAEO ·
ALLECTO · IN · ORD|*inem*
QVI · VIXIT · ANN
L · ANNAEVS · CAN
FILIO · BENE · *merenti*

Descripsit Dressel. Iannelli act. Casertan. 1880 p. 90.

## XLIII. MISENVM (p. 317. 974).

**8374** tabula marmorea male scripta; Neapoli venit in collegium *delle Querce* prope Florentiam.

D M C DOMITI<br>LVCANI VETERA<br>AEG IX ANN L sic<br>Q METTIVS APO<br>LLINARIS ET C<br>MAXIMIVS APOL<br>NARIS H B M F

Descripsit Bormann a. 1882. 3 inter G et IX spatium vacat expletum olim opinor littera non incisa, sed tantum picta. — 4 MEITIVS lapis.

**8374** *a* Bacoli.

DIS · MANIB<br>A · IVLIO · VALENTI · QVI<br>ET · DIZA · SERRI · FIL · SCRIB<br>EX · CLAS · PRAET · MISEN<br>MIL · ANN · XXV · VIX · AN · XL<br>A · IVLIVS · IVLIANVS · ET<br>A · IVLIVS · STALEIANVS · FIL<br>PATRI · BENE · MER · F · *et* LIBERTIS<br>LIBERTABVS · POSRTERISQVE · EORVM

A Ludovico Longobardo descriptam misit Fiorellius. 8 ·F·ET] FIL traditur.

## XLIV. CVMAE (p. 350).

ad. n. 3702. Ex Agosta Siciliae Venetias advectus lapis iam ex dono vice admiralis Gulielmi Acton extat ibi apud Barozzium. Ectypum misit fidus et vetus amicus Thomas Luciani. 4 in. est |SVIS.

**8375** [= 2557] Fragmenta duo superiora Cumis repperit de Iorio, qui maius eorum (vv. 1—13) donum dedit instituto archaeologico Germanico Romae constituto, minus (vv. 4—10) museo publico Neapolitano. Tertium (vv. 9—19) item Cumis effossum est vere a. 1882 in effossionibus a Stevens Britanno ibi institutis. Iam dono Instituti nostri et Stevensii omnia cernuntur coniuncta in museo Neapolitano.

| | | |
|---|---|---|
| Aug. 19 | *xiiii k. septembr. eo die caesar pri*MVM · CONSVLATVM · IN*iit* | |
| Sept. 3 | *iii non. septembr. eo die exer*CITVS · LEPIDI · TRADIDIT · SE · CAESARI · SVPPLI*cA**tio* . . . . . | |
| Sept. 23 | *uiiii k. octobr. n*ATALIS · CAESARIS · IMMOLATIO · CAESARI · HOSTIA · SVPPICATIO . . . . . | sic |
| Oct. 5 | NONIS · OCTOBR · DRVSI · CAESARIS · NATALIS · SVPPLICATIO · VESTAE | |
| Oct. 18 | XV K · NOVIMBR · EO · DIE · CAESAR · TOGAM VIRILEM · SVMPSIT · SVPPLICATIO · SPEI · ET IVVE*ntuti* | |
| Nov. 16 | XVI · K · DICIMBR · NATALIS TI · CAESARIS · SVPPLICATIO VESTAE | |
| Dec. 15 | XVIII · K · IANVAR · EO DIE · A*r*A · FORTVNAE · REDVCIS · DEDICATAST · QVAE · CAESARLN *ex transmari-* | sic |
| | NIS PROVINCIS · RED*uxit* SVPPLICATIO · FORTVNAE · REDVCI | |
| Ian. 7 | VII · IDVS · IANVAR · E*o die caesar* PRIMVM · FASCES · SVMPSIT · SVPPICATIO · IOVI · SEMPI*terno* | sic |
| Ian. 16 | *xu*III · K · FEBR · EÓ DI*e caesar augustu*S APPELLATVS · EST · SVPPLICATIO · AVGVSTO | |
| Ian. 30 | *iii k. febr. eo die ara pacis aug. dedicata* EST · SVPPLICATIO · IMPERIO · CAESARIS · AVGVSTI · CVST*odis* | |
| | *ciuium Romanorum totiusque orbis terrar*VM | |
| Mart. 6 | *prid. non. mart. eo die caesar pontifex ma*XIMVS · CREATVS · EST · SVPPLICATO · VESTAE · DIS · PVB · P · P · R · Q | sic |
| Apr. 14 | *xuiii k. mai. eo die caesar primum vicit suppli*CATIO · VICTORIAE · AVGVSTAE | |
| Apr. 15 | *xuii k. mai. eo die caesar primum imperator app*ELLÁTVS EST · SVPPLICÁTIO · FÉLICITATI · IMPERI | |
| Mai. 12 | *iiii id. mai. eo die aedes martis dedicatast supplica*TIO · MÓLIBVS · MÁRTIS | |
| Mai. 24 | *uiiii k. iun. natalis germanici caesaris supp*LICATIO VESTAE | |
| Iul. 12 | *iiii id. iul. natalis divi iuli supplicatio iou*I · MARTI · VLTORI · VENERI · *genetrici* | |
| | *suppli*CATIO · IOVI · | |

Descripsi et recognovi fragmenta duo superiora, quae item leguntur in vol. I p. 310 et supra n. 3682. Fragmentum primum vv. 1—13 ed. Guarini comm. XIV (1834) p. 52 et Kellermannus (diss. de calendarii Cumani fragmento in O. Iahnii specimine epigraphico p. 1—22). Secundum ego adiunxi *Bull. dell' inst.* 1846 p. 79 et *Rhein. Mus. N. F.* 4, 629. Utrumque repetiverunt Minervini inscr. mus. Borbon. p. 128 n. 132; Fiorelli cat. n. 458; Henzen n. 5359. Tertii apographum et ectypum misit Iulius de Petra. Idem edidit apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1882 p. 240 et egit de hoc invento in actis academiae Romanae 1882 p. 33 seq.

Puncta passim supra lineam collocata sunt; scilicet apparet fabrum primum litteras continentes exarasse, puncta postea adiecisse. — Litterae altae sunt c. mill. 10; interstitium cum inter reliquos versus intercedat mill. 7—9 vel paulo plus (9/10 mill. 9—10, 17/18 mill. 10), v. 11 et 12 distant mill. 19. Sed id cum non sufficiat alteri scripto versui recipiendo (nam si versus nobis 12 vere tertius decimus esset, inter eum et undecimum requireretur spatium mill. c. 28), probabile est fabrum parum diligentem mero casu spatium iusto maius ibi admisisse. — Hiatuum ambitum ex nostro exemplo accurate deprehendes. — 7 fin. est CAESARLN, non ut ante editum est, CAESAREM·A. — 10 in. in lapide cernitur \'I nec videtur primus ductus haberi posse pro V dimidiata; itaque XVIII ibi fuit, non, id quod requiritur, XVII. — 18 *Iovi conservatori et Marti ultori* ara posita est supra n. 403. — Ad interpretationem quae scripsi partim in volumine primo, partim in commentario inserto ephemeridi, Hermae vol. XVII p. 631 seq., hoc loco non repetivi.

## XLVI. VOLTVRNVM (p. 357. 975).

ad n. 8215. Edidit photographice depictam Hermannus Ferrero in actis minoribus academiae Taurinensis a. 1881/2 p. 379.